scientiarum cognitio dubia esse non potest, judicium, opus hoc non solum Mathesim discentibus inprimis utile, sed et aliis fortasse non injucundum fore.

Praemissis nonnullis definitionibus, ac potissimum hacce: *esse potentiam productum ex aequalibus factoribus*, auctores ferme omnes doctrinam ipsam de numeris exponentialibus sic ordiuntur:

1mo. $a^3 \times a^2 = aaa \times aa = a^{3+2}$,
proinde $a^m \times a^n = a^{m+n}$.

2do. $(a^3)^2 = a^3 \times a^3 = a^{3+3} = a^{2\times 3}$,
quare $(a^m)^n = a^{m\times n}$.

3tio. $\sqrt[2]{a} = a^{\frac{1}{2}}$, est enim $(a^{\frac{1}{2}})^2 = a^{\frac{1}{2}\times 2} = a$,

eamque ob causam $\sqrt[m]{a^n} = a^{\frac{n}{m}}$,
quum sit $(a^{\frac{n}{m}})^m = a^{\frac{n.m}{m}} = a^n$.

4to. $a^5 : a^3 = \frac{a^5}{a^3} = \frac{aaaaa}{aaa} = aa = a^{5-3}$,
unde sequitur $a^m : a^n = a^{m-n}$.

5to. Ponendo itaque $m=n$, erit $a^{m-m} = a^0$.
Quod vero est $\frac{a^m}{a^m} = 1$, est quoque $a^0 = 1$.

Si sit $m = 0$, erit

$$a^{m-n} = a^{0-n} = a^{-n} = \frac{a^0}{a^n} = \frac{1}{a^n},$$ et sic porro.